LETTERS OF SAINT ANSELM
ARCHBISHOP OF CANTERBURY

LETTERS OF ST. ANSELM - ARCHBISHOP OF CANTERBURY

\- - - - - - - -

The following letters are contained herein:

2	113
6	117
37	119
38	137
41	140
52	161
53	162
61	165
63	179
64	196
69	230
78	232
80	237
81	252
96	289
98	290
101	291
112	

\- - - - - - - -

Gethsemani Abbey
Trappist, Ky.
1964

vestra, quaecumque sunt, esse non nostra nequaquam putamus. Quamvis namque tot rerum inopinatae mutationes saepe vos mihi conentur subtrahere, nullatenus tamen poterunt, ut non dicam cohaerentes animas nostras ab invicem distrahere, certe adhaerentem animam meam a vobis abstrahere. Quapropter, ut taceam quod vos scitis et ego non dubito, quia quem interiorem sinu geritis, minime potestis fugere: utique eum, qui vos quocumque eatis prosequitur et ubicumque maneat amplectitur, non penitus valetis deserere.

Scyphum carum quem cariori carissimi dedistis, sicut domnus HERNOSTUS mihi retulit, velle vos hilari benignitate et amica confidentia dixistis. Donum igitur vestrum nequaquam vobis reddo, ne quo modo minus vobis reddar obnoxius; sed libentissime vobis dono quod in mundo carius possideo.

Legant dilectissimi fratres nostri qui vobiscum sunt, post litteras vestrae sublimitati directas hanc brevissimam et sufficientem sibi missam nostram epistolam: Desiderium vestri mihi semper crescit, et amor cuius olim mihi conscii fuistis, numquam decrescit.

2.

Ad ODONEM et LANZONEM.

Eos de amore suo certos facit. - Ad LANZONEM primo solum, deinde ad ambos dirigit exhortationes spirituales.

Dominis, amicis, fratribus carissimis ODONI et LANZONI: frater ANSELMUS Beccensis, vita peccator, habitu monachus, pro aeternis temporalia despicere, pro temporalibus aeterna percipere.

17-18 HERN.] Monacus Beccensis, qui tunc temporis Cadumi morabatur, postea eiusdem abbatiae prior, a. 1075 a LANFRANCO episcopus Roffensis creatus est (+1076). 22 vobiscum sunt] LANFRANCUS nonnullos monachos Beccenses adiutores secum habebat. **Ad Ep. 2:** 1 LANZ.] WILLELMUS Malmesberiensis in cod. Lambeth. 224 (=*M*) ad hanc Ep. in margine notat: ‚lanzoni postea priori de leves'. I. e. de prioratu Cluniacensi S. Pancratii apud Lewes in dioecesi Salisberiensi.

12 potuerunt *D* 14 interiore *EL* (*corr. ex* interiorem) *P* sinu] sinon *corr. ex* sinum *V* sinum *T* in interiori sinu *D* 14-15 sinum geritis *corr. ex* si nugeritis *E* 18 amica] amicali *O* 19 reddo vobis *D* quo modo] quoquo modo *D* 20 reddar vobis *E* 21 possideo] *hic deficit D* **Ep. 2 (prius I, 2)** *coll. cum NDEVLP* 1 fr. A. *N*